Nicolaus de Michalow castellanus et capitaneus Cracovien(sis). Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentes litteras nostras inspecturis. Quomodo venientes consules Wielicen(ses) allegan-
tes quod ipsorum cives et incole sepius et sepius ad iudicium nostri per diversas personas citantur et evocantur contra ipsorum iura et privilegia quibus a fundacione civitatis ipsorum utuntur. Pro quorum
civium et incolarum exempcione nominata privilegia et iura originalia periculosum est ad iudicia per incolas quoscunque se excipiendos ad ius ipsorum ita sepe deportare, nobis supplicaverunt quatenus
ipsis privilegium ipsorum originale transsumere mandaremus. Cuiusquidem privilegii originalis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. In nomine domini amen. Quoniam sepe sepius ducto
evum perit memoria factorum nisi scriptis autenticis et testimonio fidedigno fuerint roborata. Proinde nos Cazimirus dei gracia Rex Polonie Notumfacimus quibus expedit universis publice attestantes quod
vir discretus fidelis et honestus nomine Nicolaus dictus Wirsing Cracovien(sis) civis a provido viro Nicolao Ballico dicto manentis cive Cracovien(sis) atque Jannen ab eiusque veris heredibus advocaciam
in Velizka seu in magno sale cum omnibus redditibus iuribus et utilitatibus nullam prorsus pro se et heredibus suis retinendo prout ipsam advocaciam dudum emerat felicis recordacionis a nostro genitore
sua iusta pecunia pro mille centum marcis magnorum grossorum Pragensium coram nobis emit et comparavit nobis consencientibus sibi et suis legittimis heredibus perpetuo valituram. Quiquidem
Nicolaus Ballicus cum suis liberis accepta predicta pecunia integre et complete iamdictam advocaciam sine diminucione cum singulis iuribus et pertinenciis eidem Nicolao et per eum ipsius heredibus
coram nobis resignavit non coactus sed sua et suorum liberorum spontanea voluntate. Presentibus litteris hoc eciam testamur quod preter empcionem advocacie iamdicte pro mille centum marcis ut prefertur
structura molendini empcio ortorum arearum macellorum agrorum et structura domus lapidee empcione et consecucione constant ad minus mille ducentas marcas Nicolaum dictum Wirsing antedictum. Volentes et
in presentibus decernentes ut predictus Nicolaus Wirsing et sui heredes predictam advocaciam cum utilitatibus et omnibus proventibus non tantum qui nunc sunt verum eciam et cum universis utilitatibus red-
ditibus et proventibus quos facere et excogitare poterit in [illegible] videlicet construendo plura stampna pistorum et sutorum macella plura carnificum et sartorum quod Kuthilhof dicitur in wlgari Ca-
meras pannicidorum cameras institorum stubam vel stubas [bal]neales ortos agros areas molendina et piscinas cum sexto denario census tercio vero iudicati et una marca grossorum denariorum
Pragensium quolibet die sabbati vel singulis septimanis que debetur racione boni Banci salis qui bonus Bancus salis vigore privilegiorum pertinebat advocacie antedicte ab antiquo dum ipsa civitas
locaretur. Volentes itaque quod unusquisque zupparius in Velizka qui zuppam nostram ibidem emerit convenerit aut in commisso ex parte nostra tenuerit ipsi Nicolao Wirsing antedicto et ipsius heredibus
antedictam marcam singulis septimanis solvere teneatur. Ceterum volumus in presentibus statuentes ut ipse Nicolaus heredes sui et universi cives de Velizka de se querulantibus coram nullo palati-
norum castellanorum et quorumlibet nostrorum iudicum teneantur respondere neque coram eisdem comparere. Veruntamen Nicolaus supradictus advocatus et heredes sui citati per literas nostras nostro
secreto sigillo consignitam coram nobis tenebuntur stare atque comparere querulantibus de se non alio iure quam Theutunico scilicet Noviforen(si) quo civitas eadem est locata ad obiecta responsuri.
Volumus eciam in presentibus statuentes ut in omnibus et singulis causis capitalibus criminalibus membrorum mutilacionibus et universaliter magnis sive parvis cives prescripte civitatis nullus debeat iudicare
nisi tantummodo Nicolaus Wirsing advocatus eiusdem civitatis et ipsius legittimi successores. Nec volumus immo inhibemus ne aliquis se trahat ad curiam seu tribunal nostrum extra iudicium iamdicte
civitatis nisi tunc ipsi scabini et ipsorum sentencia de iniusticia durante iudicio arguantur. Item volumus presentibus decernentes quod sepedictus Nicolaus advocatus et legittimi sui successores de predicta
sua advocacia et ipsius advocacie redditibus a quolibet servicio taxacione et quavis alia pensione sint liberi et penitus absoluti quemadmodum in hac advocacia primitus ab antiquo cuius non
extat memoria extitit observatum dumtaxat hoc excepto quod cum quoque in terris nostris Cracovie et Sandomirie tantummodo quod absit fore Werram generalem aut in eisdem terris nostris
municiones vallari contigerit per fortes inimicos extunc predictus Nicolaus advocatus et sui heredes duos [illegible] in platis cum aliis armis ad hoc spectantibus in defensionem iamdictarum
terrarum et municionem earumdem nobis et nostris successoribus pro adiutorio mittere tenebuntur. Insuper damus et conferimus sepedicto Nicolao Wirsing et eius heredibus omnimodam
facultatem advocaciam huiusmodi antedictam vendendi commutandi donandi et ad usus proprios et heredum eius quomodolibet convertendi prout sibi et suis heredibus videbitur utilius expedire communiter
vel divisim. Notificamus insuper universis litteram per presentem quod quemadmodum pie memorie genitor noster Rex eiusdem Regni Peclarium olim de Culpen et heredes ipsius sepedicta ad-
vocacia ante triginta duos annos privavit ex iudicio sentencialiter suorum Nobilium maturo consilio prehabito propter crimen lese Maiestatis quod perpetraverat in predicto nostro genitore et in nobis
contra nos veros dominos et heredes principes extraneos in terminum nostrum inducendo milites cives et quosvis pauperes nostros occidendo spoliando et terras nostras concremando ho-
micidia nostros in eadem terra comburendo. Sic et nunc nostrorum Baronum maturo consilio prehabito et inito iamdictam privacionem sentenciatam genitoris nostri antedicti ratificantes ex iudicio sentencialiter
presentibus ex certa sciencia confirmamus omnia et singula privilegia super sepefata advocacia cuiuscumque tenoris existant vel vigoris habita per quempiam de Beneologia Berlari antedicti irrita
nunciantes cassamus et providiamus in subscriptis nullius fore valoris seu momenti. In quorum omnium evidenciam et cognicionem pleniorem Nostrum sigillum Regale presentibus duximus
appendendum. Actum Cracovie Anno domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo sexto feria sexta ante purificacionem beate Marie virginis gloriose. Presentibus hiis testibus Comite Spicimiro
Castellano Nastigneo palatino Cracovien. Petro Sandomirien. Andrea Radomien. castellanis Dirskone Dapifero et Jeskone dicto Jura Subcamerario Cracovien. et aliis pluribus fidedig-
nis. Datum per manus domini Sbignei Cancellarii et [illegible] Cracovien. Quoquidem privilegio perlecto et auscultato prenominatos consules et incolas civis Velicen. iuxta tenorem ipsius
in omnibus punctis clausulis et [illegible] Harum quibus sigillum

Nicolaus de Michalow castellanus et capitaneus Cracoviensis. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentes litteras nostras inspecturis. Quomodo prudentes consules Velicen. allegantes quod ipsorum cives et incole sepius et sepius ad presenciam nostram per diversas personas citantur et evocantur contra ipsorum iura et privilegia quibus a fundacione civitatis ipsorum utuntur. pro quorum civium et incolarum exempcione nominata privilegia et iura originalia periculosum est ad iudicia per incolas quoslibet se excipiendos ad fines ipsorum ita sepe deportare. Nobis supplicaverunt quatenus ipsis privilegium ipsorum originale transsumere mandaremus. Cuiusquidem privilegii originalis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. In nomine domini amen. Quoniam sepe sepius ducto evum perit memoria factorum nisi scriptis autenticis et testimonio fidedigno fuerint roborata. Proinde nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Notumfacimus quibus expedit universis publice attestantes quod vir discretus fidelis et honestus nomine Nicolaus dictus Wirsing Cracoviensis civis a provido viro Nicolao Kallico dicto manentis cive Cracoviensi atque Janucio ab eiusque veris heredibus advocaciam in Velicka seu in magno sale cum omnibus redditibus iuribus et utilitatibus nullam prorsus pro se et heredibus suis retinendo prout ipsam advocaciam dudum emerat felicis recordacionis a nostro genitore sua iusta pecunia pro mille centum marcis magnorum grossorum Pragensium coram nobis emit et comparavit nobis consencientibus sibi et suis legittimis heredibus perpetuo valituram. Quiquidem Nicolaus Kallicus cum suis liberis accepta predicta pecunia integre et complete iamdictam advocaciam sine diminucione cum singulis iuribus et pertinenciis eidem Nicolao et per eum ipsius heredibus coram nobis resignavit non coactus sed sua et suorum liberorum spontanea voluntate. presentibus litteris hoc eciam testamur quod preter empcionem advocacie iamdicte pro mille centum marcis ut prefertur structura molendini empcio ortorum arearum macellorum agrorum et structura domus lapidee emptive et constructive constant ad minus mille ducentas marcas Nicolaum dictum Wirsing antedictum. Volentes et in presentibus decernentes ut predictus Nicolaus Wirsing et sui heredes predictam advocaciam cum utilitatibus et omnibus proventibus non tantum qui nunc sunt verum eciam et cum universis utilitatibus redditibus et proventibus quos facere et excogitare poterit in [illegible] videlicet construendo plura stampua (?) pistorum et sutorum macella plura carnificum et sartorum quod Kuthfhof (?) dicitur in vulgari cameras pannicidorum cameras institorum stubam vel stubellas balneales ortos agros areas molendina et piscinas cum sexto denario census tercio vero iudicati et una marca grossorum denariorum Pragensium quolibet die sabbati vel singulis septimanis que debetur racione boni Banci salis qui bonus Bancus salis vigore privilegiorum pertinebat advocacie antedicte ab antiquo dum ipsa civitas locaretur. Volentes itaque quod unusquisque zupparius in Velicka qui zuppam nostram ibidem emerit convenerit aut in commisso ex parte nostra tenuerit ipsi Nicolao Wirsing antedicto et ipsius heredibus antedictam marcam singulis septimanis solvere teneatur. Ceterum volumus in presentibus statuentes ut ipse Nicolaus heredes sui et universi cives de Velicka de se querulantibus coram nullo palatinorum castellanorum et quorumlibet nostrorum iudicum teneantur respondere nec coram eisdem comparere. Verumtamen Nicolaus supradictus advocatus et heredes sui citati per literas nostras nostro secreto sigillo consignatas coram nobis tenebuntur stare atque comparere querulantibus de se non alio iure quam Theutunico scilicet Noviforen. quo civitas eadem est locata ad obiecta responsuri. Volumus eciam in presentibus statuentes ut in omnibus et singulis causis capitalibus criminalibus membrorum mutilacionibus et universaliter magnis sive parvis cives prescripte civitatis nullus debeat iudicare nisi tantummodo Nicolaus Wirsing advocatus eiusdem civitatis et ipsius legittimi successores. Nec volumus immo inhibemus ne aliquis se trahat ad curiam seu tribunal nostrum extra iudicium iamdicte civitatis nisi tunc ipsi scabini et ipsorum sentencia de iniusticia durante iudicio arguantur. Item volumus presentibus decernentes quod sepedictus Nicolaus advocatus et legittimi sui successores de predicta sua advocacia et ipsius advocacie redditibus a quolibet servicio taxacione et quavis alia pensione sint liberi et penitus absoluti quemadmodum in hac advocacia primitus ab antiquo cuius non extat memoria extitit observatum. Dumtaxat hoc excepto quod quandocumque in terris nostris Cracovie et Sandomirie tantummodo quod absit fore werram generalem aut in eisdem terris nostris municiones vallari contigerit per fortes inimicos extunc predictus Nicolaus advocatus et sui heredes duos [illegible] in platis cum aliis armis ad hoc spectantibus in defensionem iamdictarum terrarum et municionem earundem nobis et nostris successoribus pro adiutorio mittere tenebuntur. Insuper damus et conferimus sepedicto Nicolao Wirsing et eius heredibus omnimodam facultatem advocaciam huiusmodi antedictam vendendi commutandi donandi et ad usus proprios et heredum eius quomodolibet convertendi prout sibi et suis heredibus videbitur utilius expedire communiter vel divisim. Notificamus insuper universis litterarum per presentem quod quemadmodum pie memorie genitor noster Rex eiusdem regni Berlatum olim de Culpen (?) et heredes ipsius sepedicta advocacia ante triginta duos annos privavit ex iudicio sentencialiter suorum nobilium maturo consilio prehabito propter crimen lese maiestatis quod perpetraverat in predicto nostro genitore et in nobis contra nos veros dominos et heredes principes extraneos in exterminium nostrum inducendo milites cives et quosvis pauperes nostros occidendo spoliando et terras nostras concremando hominesque nostros in eadem terra comburendo Sic et nunc nostrorum baronum maturo consilio prehabito et inito iamdictam privacionem sentenciatam genitoris nostri antedicti ratificantes ex iudicio sentencialiter presentibus ex certa sciencia confirmamus. Omnia et singula privilegia super sepefata advocacia cuiuscumque tenoris existant vel vigoris habita per quempiam de genealogia Berlati antedicti irrita nunciantes cassamus et pronunciamus in hiis scriptis nullius fore valoris seu momenti. In quorum omnium evidenciam et cognicionem pleniorem nostrum sigillum Regale presentibus duximus appendendum. Actum Cracovie Anno domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo sexto feria sexta ante purificacionem beate Marie virginis gloriose. Presentibus hiis testibus Comite Spitimiro castellano Mstigneo palatino Cracoviensi Petro Sandomiriensi Andrea Radomiensi castellanis Dirskone dapifero et Jeskone dicto Zura subcamerario Cracoviensi et aliis pluribus fidedignis. Datum per manus domini Sbignei Cancellarii et prepositi Cracoviensis. Quoquidem privilegio perlecto et auscultato prenominatos consules et incolas omnes Velicen. iuxta tenorem ipsius in omnibus punctis clausulis et distinctionibus decrevimus [illegible] ipsos ad ius eorum civile remittendos iudicatum secundum contenta privilegii sepedicti et presentibus decernimus. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Castro Cracoviensi feria secunda in vigilia sancti Johannis Baptiste Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo secundo

A. 31 Vicus A. 1432

Libertatis cum privilegio Civitati Vielicensis a foro extraneo A. Casimiri Regis

Transumptum originalis privilegii non extractum a cura privilegium [illegible]

Privilegium [illegible]

[illegible]

Scriptum [illegible]

Habetur in Coronato

Fol. 34.

44

[illegible]

H. 30 Vilnaw A. 1432

Libertatis cum privilegio Civitat. Kielcens. a foro extraneo [illegible] Casimiri Regis

Transsumptum originale privilegii
[illegible] extractum a [illegible]
privilegium [illegible]
[illegible]
Scriptum [illegible]
Habetur in Donato
fol. 34.

44

[illegible]